Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>

corinth

putamus ignobiliora mbra ee corporis hinc honorem habundantiorem
circudamus Et q̃ honestiora sue mbra habundantiorem honestatem
habent honesta aut nra nullius egent sed deus temperauit corpus
et cui deerat habundantiorem tribuendo honorem ut non sit scisma
in corpore sed idipsum pro invicem solicita sint mbra Et si quid patitur
unum membrum compatiuntur omia mbra sive gloriatur unum mbrum con
gaudent omia mbra. Vos autem estis corpus xpi et mbra de mbro
Et quos quidem posuit deus in ecia primum apostolos. 2o prophetas
3o doctores. deinde virtutes. Deinde gratias curationum. Opitu
lationes. gubernationes. genera linguarum. Nunquid omes sunt
Nunquid omes apli. nunquid omes prophete. nunquid omes doctores. nunquid
omes virtutes. nunquid omes gratiam habent curationum. nunquid omes linguis
loquuntur. nunquid omes interpretantur Emulamini autem charismata me
liora et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. XIII

3 Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non
habeam factus sum velut es sonans aut cimbalum tinniens
Et si habuero prophetiam et noverim mysteria omia et omnem scientiam
et habuero omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem non
habeam nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omes facultates
meas Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem autem
non habuero nichil mihi prodest. Caritas patiens est benigna est. Ca
ritas non emulatur caritas non agit perperam non inflatur non est am
biciosa non querit quae sua sunt non irritatur non cogitat malum non
gaudet super iniquitate congaudet autem veritati omia suffert omia credit
omia speravit omia sustinet. caritas nunquam excidit sive prophetiae evacuabuntur
sive linguae cessabunt sive scientia destruetur. ex parte enim cog
noscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est evacuabitur
quod ex parte est. Cum essem parvulus loquebar ut parvulus sa
piebam ut parvulus cogitabam ut parvulus Nam autem factus sum
vir evacuavi quae erant parvuli Videmus nunc per speculum in enigmate
tunc autem facie ad faciem Nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides spes caritas ea h
maior autem horum caritas Sectamini caritatem emulamini spiritalia magis